

**www.e-rara.ch**

## **Historia animalium**

Conradi Gesneri medici Tigurini historiae animalium lib. I. de quadrupedibus viviparis - opus philosophis, medicis, grammaticis, philologis, poëtis & omnibus rerum linguarumque variarum studiosis, utilissimum simul iucundissimumque futurum. ...

**Gessner, Conrad**

**Tiguri, anno 1551**

**Zentralbibliothek Zürich**

Shelf Mark: NNN 41 | F

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-1927>

De putorio.

---

### **www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien - von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material - from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes - des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

## DE PUTORIO.



**P**UTORIUS à putore dictus est, quia nimium foetet, maximè cum irascitur, Isidorus. 20.  
 Omne mustelarum genus ira incitatum graue quiddam olet, sed maximè id quod Germa-  
 ni *iltis* (aliqui *iltis* per e, in ultima scribunt) appellant, Ge. Agricola. Et alibi, Cum gra-  
 uiter exarserit malè olet: quocirca nostri uilissimum quodq; scortum & maximè foetidum  
 pellem *ictidos* solent nominare. Existimat enim mustelam hanc syluestrem Græcorum *ictidem* esse,  
 quòd *ictis* Græcè, Germanicè *iltis*, una tantum litera differat. In eadem sententia est etià Carol. Figu-  
 lus. Ego *ictidem* uel commune nomen esse puto ad mustelas syluestres: uel si ad unam speciem con-  
 trahatur, uiverram, id est furonem uulgò dictum significare, ut in Furone dictum est. Putorius ani-  
 mal est non secundum speciem, sed secundum genus determinatum, sic dictum quia foetet maximè  
 cum irascitur: & hoc est quod uocamus martarum secundum omnem sui diuersitatem: & mustela  
 est eiusdem generis, Albertus. Videtur autem putorium nomen generis facere, quod species diuer- 30.  
 sas includat, ut prorsus sit idem quod martarus, hoc est quæcunq; species martis: qua in re omnino  
 eum errare dixerim: quamuis enim omnia mustelarum genera, ut sæpe dixi, cum irascuntur foeteat:  
 putorio tamen sic per excellentiam dicto id maximè accidit. Galli sane idem animal quod nostri *iltis*,  
 sua lingua *putois* (alij scribunt *poytois*) nominant, ut ex pluribus Gallis audiui & apud Carolum Fi-  
 gulum legi: Sabaudi *pouttet*: Angli *sitche*, uel ut nostri pronunciant *sitsch*: Illyrij uel Bohemi, *tchorz*:  
 Poloni *uindra*.

¶ *Iltissus* noster (inquit Ge. Agricola) aliquanto maior est mustela domestica, minor marte sylue-  
 stri, (Stumpfius marte corpulentiorè esse scribit.) Pilos habet inæquales, & nō unius coloris: etenim  
 breues subfului sunt: longi, nigri, qui sic ex multis corporis partibus eminent, ut pellis distincta ni-  
 gris maculis esse uideatur: circa os tamen candidus est, Agricola. Pellis *iltissi*, ut tractando obserua- 40.  
 ui, densiuscula est, ideoq; durabilis cum uestes ea fulciuntur, sed quoniam ferè pinguiuscula est, &  
 grauius olet, minimi in genere mustelarum pretij habetur, minoris etiam quàm uulpes. Plurimis o-  
 dore suo caput offendit. Pellifices dicunt hyeme captas tum putorias tum martes meliores haberi,  
 minusq; uirosas odore, circa uer autem cum libidine pruriunt olere grauissime. Cauda *iltisso* bre-  
 uior est quàm martibus, utpote duorum palmorum. Reliquo corpore longitudinem martem equat,  
 uel parum excedit: circa collum *iltidem* angustior, amplior & latior circa imum uentrem. Cauda in-  
 super, pectore & cruribus nigrior est quàm martes, ad latera flauior: deniq; multò foetidior. Putori-  
 us sicut & taxus, crura sinistri lateris breuiora quàm dextri habet, (hoc ego in pelle *iltissi* falsum de-  
 prehendi.) Ardua domorum & penetralia habitat, gallinarum ac pullorum cupidissimus. Ut primū  
 autem gallinam aut pullum ceperit, caput initio petit, Isidorus. *Iltissus* habitat in riparum cauernis 50.  
 ubi lutræ & fibri more pisces captos comedit: & uersatur in syluis, ubiprehendit aues: in domibus,  
 ubi gallinas, (quare Plinius eam esse domesticam dicit,) quarum sanguinem exugit, sed ne clamare  
 possint, earum capita primò mordicus auferit: atq; etiam earum oua, quæ furari solet ac multa in unū  
 congerere, exorbat, Agricola. Ego apud Plinium *ictidem* (hanc enim *iltissum* Agricola facit) dome-  
 sticam dici nusquam reperio. Vnus tantum quod sciam locus est, ubi mox post memoratam *ictidem*,  
 domesticæ mustelæ mentio sit, sed ita ut distingui clarum sit. Putorij & martari omnes, muribus in-  
 festi sunt & gallinis, quibus primò caput & cerebrum auferunt ne clamare possint, Albertus. Hæc  
 mihi scribenti rusticus quidam narrauit sæpe plurimas ranas inueniri in cauis arboribus, quas in-  
 teremptas *iltissi* illuc congefferint. Sæpe uersantur circa scœnilia, stabula & alia ædificia: gallinas &  
 oua rapiunt, abundant in regionibus alpinis, Stumpfius. Videntur mediæ esse naturæ inter feras 60.  
 & placidas animantes. Furunculus putorio similis est, Obscurus.